

parā-
christi-
omi-
næ al-
atuit,
certè
xisti-
luta-
lectus
ante
nora
inde-
atūm
ævo
telem
ctum
dant,
, cir-
ratio.
fessis
orare
o in
cum
ppa-
ltati-
tum
nni-
EUM
ber-
aliis
unia
ffer-
to
to nostro faciamus, affectum non agnoscat discipulorum ni-
mum erga Magistrum Cartesium (cujus laudibus alioqui ni-
hil derogatum volumus) dum ipsis dicitur

Primus inaccessum qui per tot secula verum

Eruit è tetricis longæ cabiginis umbris :

dum Philosophum ipsum per eminentiam , uti Peripatetici
suum Aristotelem , salutant : dum excellentiorem Philosophum
Solem nunquam illuxisse , & , qui Superiorem non habuerit , ne
quidem parem agnoscere potuisse , scribunt ; dum omnes ejus con-
clusiones æq; certò & infallibiliter , ac Euclidis elementa , de-
monstratas clamitant : dum nonnulli pro ipsissima veritate
obtrudunt , quæ ipsemet inter hypotheses tantum , aliquan-
do ex propria confessione ficticias , reponi voluit ; aliqui et-
iam receptas in Theologia formulas , magno Ecclesiæ scan-
dalo , mutare , quām dariorem aliquam Magistri locutio-
nem deserere malunt , &c. E quibus omnibus aliud nihil con-
sequi potest , quām , quod proh dolor ! toto die consequitri-
stis experientia docet ; ut , dum pars altera tantundem laudis
ac meritorum Sectæ Capitiq; suo detractum putat , quantum
alteri cūm favoris excessu tribuitur , in Zelotypiam intem-
pestivam , obtrectationes mutuas , rixas & altercationes ,
convitia deniq; & calumnias desinat omnis circa veritatem
è profundo eruendam disputatio ; maximo profectò scien-
tiarum detimento , temporisq; pessimè collocati jacturâ ir-
reparabili. Et optandum quidem esset inter Philosophiæ
pomœria coercitam in propria saltē viscera s̄avire luem-
istam ! Verūm ad altiora progressi ejusmodi , si Diis placet ,
Philosophi , eādem , quam didicerunt hactenus & ex-
ercuerunt probè , disputandi , hoc est altercandi ; me-
thodo non possunt non uti in Facultatibus , quas voca-
mus , superioribus ; inde , proh pudor ! enascuntur no-
bis in media quoque Christi ecclesia , ea non refrigerentis
tantum sed emortuæ prorsus Christianæ charitatis & exutæ
omnis